



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

47. Quid concedat privilegium Cruciatæ, quando Commissarius dispensat circa horam celebrandi in privato Oratorio? Ex p. 9. tr. 1. res. 30.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

videtur improbable, quod tradit Valsq. tom. 3. in 3. par. cap. 77. disp. 219. cap. 5. num. 14. Extremam. Vnctio-  
nem recipit a qualibet Sacerdote posse, & p[ro]cen-  
tum a qualibet approbato. Neque obest, quod infi-  
xus concedatur facultas eligendi quemlibet appro-  
batum: quia conceditur cum potestate ad absolu-  
endum a reatu, qui potestas in hac priori concessio-  
ne generali non continebatur. Neque inde fit, irrequi-  
eta Parochio, posse quemlibet matrimonio assistere:  
quia matrimonium non ministratur a Parochio, sed  
aliis ipsius contrahentes ministrant: ideoque ibi pro  
matrimonio Sacramento nulla datu[m] facultas. Ordo  
at[em] & Confirmatio, vt pote Episcoporum propria,  
sequuntur concedunt, & ab aliis, quam a propriis re-  
cipi, ab illis tamen tempore Interdicti recipi posse vi-  
deatur. Hacque Palau. Sed aliqua ex supradictis, ali-  
quae non admittunt. Vide etiam ipsum tr. 21. disp. 219.

¶ Dicendum est igitur, facultatem virtute Cruciate  
sicutam recipi Eucharistiam in Oratorio à quo-  
to Sacerdote, etiam simplici, non fundari in eo, quod  
in eius Bulla conceditur facultas eligendi. Conces-  
sionem, ut aliqui falsò existimant, cum sint duæ actio-  
nes separabiles inter se; sed fundari in eo quod ibid.  
conceditur expressè facultas celebrandi, seu celebrare  
sicut Missam, Eucharistiam; & alia Sacra menta,  
eum tempore interdicti, ministrandi; præterquam in  
de Paschatis esto renuat. Sicut id concedere, fortissi-  
mum quis Bellam Latinam non legerat, ut ita tener Lu-  
dovicos a Cruz in Bull. Cruci. disp. 1. c. 5. dnb. 6. n. 15.

7. Sed cum hec probabilia, sicut an hodie quis pos-  
set vii dicto privilegio Bulla in priuatis Oratoriis, tu-  
co cogitamus declaratione Sacrae Congregationis po-  
sita in fine resolutionis quintæ.

#### RESOL. XLVII.

Quod concedat priuilegium Cruciate, quando Commissio-  
naria dispensat circa horam celebrandi in priuato  
Oratorio? Exp. 9. tit. 1. Ref. 30.

¶ A Hanc quæst. respondeo cum Castro Palao  
tom. 4. tr. 25. disp. 219. punct. 6. n. 10. vbi sic ait:  
Quinto, habent Bullam conceditur, ut celebret, vel  
celebri faciat in sua, sive in quaque familiarium, domes-  
ticorum, & consanguineorum præsencia, (si facultas  
est dicitur à Commissario generali,) per horam  
antequam elucescat, vel per horam post meridiem.  
Nam, cum iure communis, & consuetudine recepta  
ante auroram neque post meridiem celebrari possit,  
sacramenta fuit hoc priuilegium, ut Missa ante au-  
oram, & post meridiem per horam celebraretur. Qua-  
m propter virtutem illius poterit Missa inchoari duabus  
horis cum dimidia ante Solis ortum, & prima hora  
post diuinam in meridiem. Ita ille, cui adde Acco-  
lam in Bull. Cruci. q. 31.

¶ Sed Pater Bardi in Bull. Cruci. part. 1. tract. 4. c. 2.  
4. opponit aliquas difficultates circa supradictorum  
opinione, videbitur, hanc anticipationem viii horæ  
ante esse accipiendam ultra totum tempus de Iure  
communi concessum, & in quo absque priuilegio po-  
tuisse celebrari: & hoc, quia videtur gratis id affirmari,  
cum ex verbis priuilegi non colligatur aliud, nisi  
præsumatur unius tantum hora ante lucem, (& idem de  
hora post meridiem.) Et confirmari potest haec opinio  
exterendo fiduciam, cui imitatur contraria senti-  
entia defensores: nam falsum est, priuilegium istud  
esse inutille, & nihil operari: quia cum dubitetur apud  
Ioches, an anticipatio temporis ante auroram sit  
per median horam, an vero plus, aut minus. Pontifex  
determinate concedit, anticipari posse per horam, (&

idem dico de hora post meridiem,) & sic tolluntur  
& dubitationes, & scrupuli quibus celebrantes angu-  
stari possunt. Rursus addo, quod etiam dicimus,  
per priuilegium istud non concedi effectum realiter  
distinctum ab eo, quem concedit ius communis, non  
sequitur priuilegium esse inutille: quoniam, ut recte  
animaduertit Suarez de legib. lib. 8. q. 22. num. 3. & Mer-  
rolla tom. 3. disp. mor. disp. 6. cap. 6. num. 3. effectus pri-  
uilegij potest distinguere ab effectu iuri communis,  
vel secundum rem, seu substantiam, vel tantum sec-  
undum modum, aut nouum titulum; quatenus nouo  
titulo idem effectus conceditur: & licet actu utilitatem  
& communitatem minimè trahat; satis tamen est, ut tra-  
hat aptitudine, seu habitu, in quantum posito, quod ius  
communis contrarium postea decernat: nihilominus  
non obstante tali Decreto, effectus erit licitus vi pri-  
uilegij, & si priuilegium non extaret, effectus, stante  
dispositione contra, sicut illius est; proinde semper  
verificabitur, de ratione priuilegij esse aliquid ope-  
rari sive quodam rem, sive quodam modum sit distinctum  
ab effectu iuri communis: & in hoc sensu explican-  
di sunt Authores citati pro prima sententia, & reli-  
qui Canonista docentes, de ratione priuilegij esse ali-  
quid in priuilegiato operari. Addo, neque esse omnino  
in iustitiam concedi priuilegia solùm ad secundas  
conscientias, quanto opinio non est omnino certa.  
Hæc omnia Pater Bardi: qui tamen postea, his non  
obstantibus, me etiam citato cum multis aliis, priorem  
sententiam tutam esse in praxi affirmat, docens priuile-  
gium Cruciate intelligendum, sicuti & aliud priuile-  
gium, quod habent Regulares.

#### RESOL. XLVIII.

An vigore priuilegij Bullæ Cruciate possit quis habere  
Oratorium priuatum in sua domo, & in illo Missam  
audire, vel celebrare extra tempus interdicti? Ex  
part. 9 tract. 1. Rel. 23.

§. 1. IN Summ. Bulla Cruciate Latina hæc habentur  
[Conceditur, ut dicto anno durante possit in  
Ecclæsiis, in quibus alias diuina Officia, interdicto du-  
rante, quomodolibet celebrare permisum fuerit, vel  
in præuato Oratorio ad diuinum cultum tantum depu-  
tato ab Ordinario visitando, & designando, etiam  
tempore interdicti, cui ipsi causam non dederint, vel  
per eos non sterterit, quominus amoueat, (& qui fa-  
cilitatem ad id à Commissario Generali habuerint  
etiam per horam, antequam elucescat dies, & per ho-  
ram post meridiem,) in sua, ac familiarium, & dome-  
sticorum, & consanguineorum suorum præsencia Mis-  
sas, & alia diuina Officia per seipso, si Presbyteri fuer-  
int celebrare, vel per alium celebrari facere, & tem-  
pore interdicti diuinis interesse. Eis tamen qui priuato  
Oratorio ad præmissa vti voluerint, vt quoties id  
ficerint alias preces Deo pro vniione Principum  
Christianorum contra infideles, corundemque contra  
eosdem victoria fundere teneantur, imponitur, Item,  
Eucharistiam & alia Sacra menta, præterquam in die  
Paschatis, recipere.]

2. Hoc supposito, pro inferius dicendis in proposi-  
ta quæstione, affirmatiu[m] sententiam tenet Sorus in  
4. disp. 13. quæst. 2. art. 3. §. Iam vero & Castrus Palau to.  
4. tr. 25. disp. 219. punct. 6. n. 1. cuius verba h[ic] p[er]  
extensem apponam: sic enim ait: In hac clausula con-  
ceditur facultas habendi Oratorium priuatum ad ce-  
lebrandum, quocumque anni tempore, vt cum  
Henriquez, alisque Neotericiis notavit Ioannes de  
Salas in explicat. Cruciat. quæst. 19. Nam, esto,  
in prædicta concessione non habeatur exp[re]sse, ma-  
nifeste supponitur: tum, quia conceditur, vt in priuato  
Oratorio,

Sup. hoc inf.  
in Refol. 19.  
§. 1. in prin-  
cipio, & que  
ad medium,  
& in alio §.  
eius annos.